

1793.

\*

1. Pestscheff- Rumin, Joana Maria Ludovica,  
Consistoria, de: Responsa jur. XXX, XXXI et  
XXXII. Programma, quo quatuor facultatum decan-  
sutores et reliqui assessores memoriam anni-  
versariam Joanae Mariae Ludovicae, Consi-  
storiae de Pestscheff- Rumin . . . cele-  
brandam indicunt.
2. \* Boruius: Responsa jur. XXVI, XXVII et XXVIII.  
Programma, quo ordinarius sutor et reliqui fac-  
jur. assessores memoriam Boruianam . . .  
recolendam . . . indicunt.
3. \* Greenius, huj. Fides. hujum (de amissionem  
literarum cambialium). Programma, quo  
solemnis Doctoralia Samuelis Fidesi Tungstadii  
indicit.
4. \* Lickelius, Joana Conradus: Responsa jur. XXXIX.  
Programma, quo ordinarius sutor et reliqui  
assessores fac. jur. solemnis Doctoralia Joanae  
Conradus Lickelii indicunt.

1793.

5. \* Sylvestris et Petrusken, Rudolphus Ferdinandus:  
l. b. de: De iunio sanitatis studio, saepe  
vel optimam sanitatem frangente. Programma,  
quo trium superiorum facultatum, decem subo-  
res et reliquis assessores . . . memoriae  
Rudolphi Ferdinandi l. b. de Sylvestris et  
Petrusken . . . recollendam in Dieb.
6. Pethmannus, Is. Lud. Im: Programma, quo solen-  
nis doctoralia Christiani Winckleri indicit.
7. Bauerus, Mauricus Gullstedt, fac. jur. praecon-  
cellarius: Panti consilium, rursus diocce-  
sionem; qual benignius responsum praebeat,  
ad criminalem potestatem iustitiam per-  
tinere. Programma, quo solennis doctoralia  
Iacob. Gust. Ludov. Terschii . . . in Dieb.
8. Piernerus, Christianus Gullote: De ducatu huius  
Electoralis Saxoniae post mortem Alberti III,  
ultimi ex familia Ascanadiorum V. Hebergeri

- Electoris in Silesiam Pollicorum, Marchionis  
Silesiensis cunctis.
9. Pienerus, Christianus Grollab: De cessione  
fen dorum.
10. Erhardus, Christianus Dancil: De ampliationibus  
judiciorum publicorum apud Romanos
11. Erhardus, Christianus Dancil: De fundamento juris  
penitentis.
12. Erhardus, Christianus Dancil: De ampliationibus.  
judiciorum publicorum apud Romanos.
13. Keck, Ferdinandus Groll: De annis gratiae  
et discripto ex legibus ecclesiasticis Saxonibus  
assimilando.
14. Hanboldus, Christ. Groll: De legato nominis.
15. Hanboldus, Christ. Groll: De jure offerendi, ex quo  
in primum creditorum locum succedunt.
16. Hermannus, Thomas Fridericus: De jure et  
obligationibus vidui Saxonici, qui testamento  
uxoris fideicommissa gravatus est universalis.

1793.

17. Timgheims, Samuel Fridericus: De gabellae detractae  
ex usu fori Saxoniæ Electoralis aestimanda.  
Spec. I.
18. Timgheims, Samuel Fridericus: De gabellae detractae  
ex usu fori Saxoniæ Electoralis aestimanda.  
Spec. 2.
19. Kindius, Miroscopus Theophilus: De XIII Justiniani  
edictis Spec. I.
20. Knoctzschke, Wamo Christianus: De Kurogoid se-  
sen pacis publicae turbatorum ad carceres portando  
damnatio.
21. Knoctzschke, Wamo Christianus: De usu hostiarum  
legis XIX. Orz. de usu et usufructu et reditu et
22. Perschius, Tacubus Wilhelmus: De distinctione inter  
arsimum occidendi directum et indirectum.
23. Puettmann, Jos. Jul. In fac. jur. procancelarius:  
Programm, quo sollemnis inauguratio Wamo Friderici  
Herimani indicit.


1793.


24. Ruessig, Conradus Gellius: De cantone is haelan.  
do jure naturalis nostra imprimis aetate maxi.  
me necessaria. Programma, orationi auspicali praes.  
missum.
25. Sebas, Christianus Ludovicus: De matheseos do.  
cipulina et usu
26. Fickelius, Francus Conradus: Diocletianus et  
Maximianus sive de vita et constitutionibus  
C. Aurelii Valerii Diocletiani et M. Aurelii  
Valerii Maximiani.
27. Hockmannus, Augustus Cornelius: De transactionibus  
ab noviter reperta instrumenta vocis seu d's.
28. Windlerus, Christianus: De interruptione. amca.  
pionis ac praescriptionis.


*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*














1793, 1.

MEMORIAM ANNIVERSARIAM  
QVONDAM ILLVSTRISSIMAE  
IOANNAE HENRICAE LVDOVICAE  
COMITISSAE  
DE BESTVCHEF - RVMIN

E GENTE NOBILI DE CARLOWITZ  
ORIVNDAE

D. X. OCTOBR. A. C. MDCXCIII

HORA IX.

IN AVDITORIO IVRISCONSVLTORVM  
SOLEMNORATIONE  
CELEBRANDAM

INDICVNT

QVATVOR FACVLTATVM  
DECANI  
SENIORES ET RELIQVI ASSESSORES

---

INSVNT

*Responfor. Iur. XXX. XXXI et XXXII.*



MEMORIAM ANIVERSARIAM  
QUONIAM HUIUSMODI  
IOHANNES HENRICUS LUDOVICUS  
COMMISSAR  
DE BESTUCHTE RYALIN  
P. DEBENT RYALIN T. CARLOWITZ  
BRUNNEN  
D. M. DEBENT. A. S. HONORABILIS  
HONORABILIS  
IN APTIBUS NIMONITUM  
SOLEMNITATE  
CELEBRANDA  
QUATUOR FACULTATUM  
D E C A N I  
SENIORES ET RELIQUI ASSASSORES

---

INVENT  
HONORABILIS

---

RESPONS. XXX.

*Confusio interdum non tollit obligationem, tantum suspendit.*

---

**C**onfusione et consolidatione obligationes extinguuntur, nec tirones ignorant. Vtramque hoc vnum interest, vt de concursu iurium et obligationum realium vtraque appellatione promiscue vtamur, *l. 7. pr. d. Fund. dot. §. 3. l. d. Vfr.* de personalium sola confusionis. Consolidationem scimus non semper extinguere iura realia, sed aliquando hoc vnum efficere, vt, quoniam nemini seruire dicitur res propria, qua potius dominus pro arbitrio vti non prohibetur, nulla quidem ob consolidationem obligatio intelligatur, interdum tamen cessante causa redeat. Discernendi ratio haec est; Si dominium dominantis et seruiantis fundi ex quo consolidatio contingit, irreuocabile sua natura et perpetuum est, obligationem seruiantis extinguit, vt, facta dein alterutrius fundi alienatione, noua opus sit constitutione; Sin temporarium seu reuocabile, redeunte fundorum separatione, seruitus aliusue generis realis obligatio, adhuc quiescere visa, ipso iure reuiuiscat *d. l. 7. d. Fund. Dot.* Quod naturalem habet rationem, et vi contrariorum consequitur. Siquidem non minus scimus obligationes a domino reuocabili fundo inpositas resoluto dominio simul resolui, *l. 31. d. Pign. et hypoth.* etc.

Vt ne seruitus quidem, etsi causam perpetuam exigit, plane inutiliter a vasallo fundo beneficiario imponatur, attamen, reuerso ad agnatum vel dominum beneficio, euanescat, II. Feud VIII. verb. *Quid ergo* etc.

Quam ob rem, cur non eandem acquiritatis rationem in confusione iurium et obligationum personalium sequi liceat, non video. Vt, si obligatio non perpetua, sed ex negotii natura aliquando exitura efficiat confusionem, ex quo deserit, ius reuiviscat. Tullia, cui propter sortem feudum nomine Tusculanum cum consensu domini et simultanee inuestitorum obligatum erat, Sempronium vasallum haereditum scripserat, quo improle defuncto, quum feudum ad simultanee inuestitum deuolueretur, num illa fors Sempronii haereditibus deberetur, quaerebatur. Nos mense Septemb. anni praeteriti eius rei causa consulti respondimus deberi, his verbis:

*Obwohl angeführet wird, daß des Mitbelehnten Caji Großvater in die Verpfändung des Guths Tusculanum der in Frage besangenen Anforderung halber seine Einwilligung erteilet habe und hierauf die förmliche mit des Lehnherrn Consens begleitete Bestätigung der Hypothek erfolgt sey; Welchemnach zwar keinem Zweifel unterworfen, daß Tullia, wenn Sempron vor ihr verstorben wäre, diese Schuld vom Lehnfolger zu fordern gehabt haben würde, da die 46ste Constit. Part. II. dießfalls klare Maasse giebt; Jedoch, da Sempron selbst der Schuldner und zugleich Erbe der Gläubigerin gewesen, debiti et crediti confusio, wodurch nach bekantem Rechten Schulden getilget werden, einzutreten, und, daß eben deswegen wider Cajum kein Anspruch statt finden könne, die Folge um so mehr zu erwachsen scheint, je geneigter die Rechte sind von Verbindlichkeiten zu entledigen, als solche aufzulagen.*

D. a.



D. a. u. D. Da Caji Grosfacter in die Verpfändung des Guths gewilliget, demselben die Mitbelehnung und das daraus erwachsende Successionsrecht an einem mit dieser Schuld beschwehrten Guthe zugestanden; Und, wie Descendenten des principaliter investiti zur Folge im Lehnguthe andrergestalt nicht, als, wenn sie ihres Vorgängers Erben, und hiernüt zugleich zu dessen Schulden-Übernehmung verpflichtet sind, gelassen werden, in Erwägung, daß die Mitbelehnung ein Accessorium der Hauptlehn ist, es mit denen Gesamthändern gleiche Bewandniß hat, so, daß auch diesen aus der Mitbelehnung kein besseres Successionsrecht, als ihre Väter oder Vorväter gehabt, übertragen werden mag; Hiernächst, indem die Lehnsrechte II. Feud. XXVIII. §. Si vasallus etc. und die 46ste Constit. Part. II. gewisse Schulden, und unter selbigen die auf das Gut mit Einwilligung derer Gesamthänder und des Lehns Herrn ver-schriebenen zu Grundschulden, so auf jeden Successorem übergehen, und den Lehmann für seine Person in keine Verbindlichkeit setzen, machen; Auch von niemanden in Rechten vermuthet wird, daß er zu seiner Erben Nachtheile den Lehmann in bessere Umstände habe setzen wollen; Hieraus die Folgen erwachsen, daß in der Person eines jeden Lehmanns die persönlichen Obliegenheiten von denen ihm als Lehnsbestzer zukommenden gefondert werden müssen, und er eben deß-wegen die letzteren nicht aus eigenen Mitteln abzulegen, sondern nur auf die Besitz-Zeit aus denen Guths-Nutzungen zu verzinsen habe; Auch dieser Ursache halben, wenn er eine dergleichen Lehnschuld ohne Erklärung, daß er das Gut der Beschwerden entledigen wolle, bezahlt, die Vermuthung für sich haben müsse, daß er sich nur der Ver-zinsung entschütten wollen, mithin auf seine Landerben das Recht verfälle, des bezahlten Hauptstamms Erstattung vom Lehnsfolger zu fordern; Und daß um so viel mehr, wenn dergleichen Realschuld auf den Vasallen und derzeitigen Schuldner actiue verfället worden, die hieraus erwachsende confusio nicht perpetua, sondern ipso iure auf des Vasallen Lebenszeit für eingeschränkt, mithin nach dem

Ableben die Anforderung auf dessen Landerven, und die Schuld auf den Lehnfolger für verfället zu achten sey, inmaassen umgekehrt Dienstbarkeiten, so ohne Zustimmung derer Mitbelehnten dem Lehn- guthe vom Vasallen aufgelegt worden, so bald jene zur Succession gelangen, sich von selbst verlehren, II. Feud. VIII. verb. Quid ergo etc. und wechselseitige Gerechsamte und Verpflichtungen auf gleichen Grundsätzen beruhen. So find des Tullii Landerven das in Frage befangene Capital von dessen Lehnfolgern einzuklagen allerdings berichtigt. Hoc enim iure vitmur.

RESPONS.

7

---

RESPONS. XXXI.

*De obligatione haeredum, quorum diuersa est succedendi ratio, soluendi aes alienum defuncti.*

---

**I**n proposita hac quaestione rite discutienda primum ad qualitatem bonorum respiciendum est, haereditaria sunt, an propter singularem successione rationem, ex pacto, fideicommissio, vel consuetudine repetendam, hereditate non comprehendantur, dein ad naturam debitorum. Etenim, qui ex eiusmodi causa singulari, quum haeres non sit, rem singularem ex haereditate capit, per se patet ad soluendum defuncti aes alienum non obligari, nisi ob rem ex pacto vel fideicommissio delatam debeatur, vt, si ei conseruandae vel restituendae impensum sit, vel eiusmodi successor pacto obligationem susceperit, vel eam lex imponat. Cuiusmodi exempla, quod attinet ad feuda Constit. XLVI. Part II. exhibet, cui rei hoc loco immorari nolo.

Alia res est, si lex singularis vel consuetudo vim legis nacta res quasdam hereditati eximit, singularemque in iis succedendi rationem ita constituit, vt successor simul haeredis vices non sustineat. Quod ad res expeditorias et vtenfiles pertinet. Videlicet in feudis et fideicommissis propter pactum inuestitura confirmatum, et legem a fideicommitente


tente scriptam reuocabile dominium exercetur, cuius causa, si vassallus vel fiduciarius hoc sibi sumserit, vt eiusmodi rem creditori obligaret, onus inpositum ex ipsa possessionis mutatione desinat oportet, si neminem quidem plus iuris in alterum transferre posse scimus, quam ipse habeat, adeoque, dantis iure resolutio, simul ius accipientis resoluitur. Rerum expeditoriarum vero et utensilium successio, Saxonum consuetudine confirmata, quanquam neque testamento, neque alia dispositione causa mortis facta eueri patitur, eas tamen reuocabiliter haberi minus recte dixeris. Vtpote libero domini arbitrio inter viuos, modo formam alienationis legitimam fuisse ponamus, subditas, *Constit. XIV. Part. II. Decis. XXII.* nec non soluendo aeri alieno, si bona hereditaria non sufficiant, obnoxias, *Banquer. Mand. §. 15. MENCCK. ad Pandect. d. Success. Iur. Nouiss. §. 27. sub fin.* Quam ob rem, si qua forte bonorum eiusmodi a domino creditori oppignorata deprehendantur, luendi obligationem successorii, non haeredi, incumbere existimo. Quanquam enim videri potest personalis obligatio, reddendi, quam defunctus mutuum sumserit, pecuniam, in haerede non deesse, defunctus tamen, dum rem, quam sciebat haeredi cessuram non esse, creditori suo iure obligauit, voluisse credendus est, vt luendi obligatio in successorem, non soluendi in haeredem transiret. Dein ius creditoris repetendi pecuniam non absolutum est, sed obligatione reddendi pignoris vestitum. Hoc igitur quoniam successorii, non haeredi, debetur, consequitur, hunc iusta exceptione contra creditoris petitionem defendi. Et quemadmodum, si haeres a creditore, vt solueret, conuentus petitioni, si pignus vicissim restituitur, concedere velit, ius interueniendi in iudicio successorii denegandum non est, aequè minus haeredi, pignus pro pecunia, qua redimere oportuit, offerenti, actionem pignoratitiam, vel negotiorum

rum

rum gestorum contrariam vilem denegaueris, vt vel dimittat pignus, vel reddita pecunia recipiat.

Denique si ponimus, haereditatem inter duos sic diuisam, vt propter iurium diuersorum commixtionem quisque suum diuerso iure capiat, et simul vterque haeredis personam teneat, qualis soluendi aeris alieni a defuncto contracti obligatio appareat, et quomodo inter vtrumque haereditatem partienda sit, quaeritur. Cadit hoc imprimis in vxoris defunctae haereditatem, cuius bona mobilia Saxonum iure scimus superstiti viduo tribui, solaque immobilia defunctae liberis et cognatis relinqui, vt tantum, si haec legitimam liberis debitam non expleant, quantum ad supplementum sufficiat, viduus detrahi patiatur. In hoc igitur exemplo quae vidui sit circa aes alienum a defuncta contractum, et quae caeterorum haeredum, obligatio, admodum celebris controuersia circumfertur, litesque huius rei causa sat numerosae prodierunt. Opinio eam dirimendi communis, et in foro potissimum recepta, quam, prout obseruare licuit, et nuperrime Illustris KINDIVS in *Quaestionib. Forens. Cap. XVIII.* testatur, Prouocatt. Senat. tuetur, haec est, vt dicant, inter debita propria, hoc est, vel mobilium vel immobilium intuitu speciatim contracta, et communia distinguendum, illa haeredi vel mobilium vel immobilium bonorum soli inponenda, haec pro rata haereditatis ab vtroque sustinenda esse.

Huic sententiae quoad communia, quae vocant, debita toto animo accedo. Vt vero etiam illi exceptioni ac rationi distinguendi omnino subscribam, a me impetrare non possum. Quod, quoniam semper existimaui argumentis, non auctoritate certandum esse, profiteri non erubesco. Habeo enim duas contradicendi causas, quas facile omnes non leues



agnouerint. Alteram, quia notionem propriorum debitorum, qualis subsumitur, existimo iuris rationi non esse consentaneam, alteram, quia iniquam, ac talem duco, qualis noxia sit reipublicae, dum dolo patrocinetur. Dixi, assumptionem debitorum certo bonorum generi propriorum iuris rationi repugnare. Huiusque assertionis probationem sic efficio. Qui aes alienum contrahit, ex mutuo illud, vel alia quavis causa, descendat, se ipsum obligat ad reddendum, in quo monetae genere accepit, vel se debere promissit. Cui si obligationi pignus in certis quibusdam rebus, vel, si ad ius commune respexeris, in genere constitutum accedit, tantum adest, ut personalis obligatio debitoris expiret, ut potius emtori eiusmodi rei obligatae, vel singulari alius generis successori, si pignus petitur, suppeditata ordinis exceptione subueniatur. Ut creditori liceat, si ita videatur, missa hypotheca, debitorem personaliter aggredi, et, re iudicata, quodcumque velit aliud obiectum executionis nominare. Et tandem solutione simul debitor liberetur, simulque pignoris nexu rescindatur. Patet ex his, quoduis debitum efficere obligationem personalem, eandemque principalem, pignus, ei adiunctum, accessorium.

Haec obligationis natura in haerede, videlicet in vniuersum ius defuncti successore, mutationem profecto non patitur. Ut potius, quoniam haereditas, nisi deducto aere alieno, non intelligitur, nomina inter haeredes ipso iure secundum quotam haereditatis, quae vnicuique cohaerendum cesserit, partem, diuisa intelligantur. Quod in fiduciario haerede, integram haereditatem alteri ut restituat, rogato S<sup>C</sup>i Trebelliani beneficium confirmat. Ut propter hanc obligationis ex haereditate profluentis naturam, si res obligata legetur, haeredi regulariter incumbat, eam liberam a pignoris  
nexu

nèxu factam legatario praestare, §. 5. *Instit. d. Legat.* Denique scimus, haeredes sibi inuicem ad praestationem euictionis obligari. Quae omnia quomodo cum imaginaria illa debitorum propriorum fictione in concordiam redaci patiantur, fateor, me non intelligere.

Si forsitam obieceris, illum nominum distributionem inter cohaeredes ex parte quota aestumandam ad Saxones pertinere non posse, si hos quidem oporteat, ad qualitatem rerum, mobiles sint, an immobiles, respicere, et ex hoc principio marito et cognatis suum cuique tribuere. Hoc diuisionis principium simul distinctionis inter debita communia et propria inferre necessitatem. Ad hoc respondeo. Successionem vniuersalem, quod neminem putem negatum esse, ad essentiam haereditatis pertinere; Separationem immobilium bonorum a mobilibus hoc necessario efficere, vt, vel propter notissimum illud, mobilia inhaerent ossibus personae, solum maritum haeredem, et, cui immobilia cedunt quali legatarium aestimes, vel, vt neutrum haeredem esse concedas, vel denique largiaris modum, quo efficiatur, vt vtrique pars quota haereditatis possit adscribi, et ex hoc notio vniuersalitatis, vt ita dicam, vtriusque generis bonorum successoris restitui. Illud et illud reprobas, quo ipso vtrumque successorem haeredem appellas, vt taceam, cognatos vxoris eius haeredes appellari *Decis. XXIV.* Oportet itaque, vt hoc probes. Alius vero modus, quo pars quota substantiae vtrique successoris tribuatur, praeter aestimationem veri pretii omnium rerum haereditariarum, quatenus illud non per se certum est, cogitari plane nullus potest.

Contra, quamprimum de pretio constat eius partis, quae cuique obuenit, simul constare debet, pro qua parte haeres

dicendus sit, et ex quo de parte haereditatis liquet, obligatio contribuendi ad expungenda nomina in haereditate inuenta, secundum notissimum illud, nomina inter cohaeredes ipso iure diuisa sunt, sit indubia. Quod si forte propterea minus probabile habueris, quod putes, defunctam, ex quo rem, quam sciuerit ad liberos cognatosue transituram esse, obligauerit, existimandam esse voluisse, vt ab his, non a marito liberetur, hoc argumentum neque naturali ratione, neque lege adiuuatur. Scilicet nemo mutuam sumit pecuniam eamue ob aliam causam debere gestit, nisi vel indigeat, vel id sibi commodum fore speret. Vtunque sit, optat non ferre repulsam, securitatemque creditori offert inprimis idoneam, et sibi met ipsi minime molestam. Vtroque respectu obligatio fundi fructus proferentis cuiusque possessio non mutatur, pignore rei mobilis praestat, quod alienatione demum proficit, cuius pretium fortassis incertum est, et quod dum sine possessionis translatione nostro iure nullum est, simul custodiae onus creditori affert, debitorem contra vitium sine rei destituit. Hae sunt illae causae, ob quas hypothecae frequentiores, quam pignora prodeunt, non cura, quid post mortem inde futurum sit. Vt non mireris, si relucendi obligationem haeredi, non successori singulari d. §. 5. l. d. Legat. inpositam videas.

Denique, vt nihil eius, quod probandum suscepi, intactum relinquam, hoc etiam efficiendum est, vt iniqua appareat, ac doli auxiliatrix suppositio illa debitorum propriorum. Scimus omnes, successionem bonorum vxoris mobilium pro ea haberi, quam mulier viro iure debeat, vt propterea, quoad vterque coniux in viuis est, nihil vxor iure suscipiat, ex quo huius emolumentum maritalis deminutio consequatur. Scimus praeterea, matrimonio bonorum vxoris omnium



omnium non receptorum administrationis et fructuum communionem induci. Ex his consequitur, aes alienum ab vxore non sine mariti consensu posse contrahi, consequitur, sua natura illud marito aequae, ac vxori fructuosum esse, consequitur credibile esse, vt res, quas sciuerit aliquando ad alium transituras esse, maritus creditori obligare malit, quam sibi propediem pleni dominii iure concessuras. Nonne vero, si omnes quidem aequale a legibus patrocinium suo iure postulant, iniquum, prohibere, ne quid marito perniciosum ab vxore fiat, simulque permittere, vt, quod legitimis haeredibus noxium euadat, a marito fiat, nonne iniquum hos obstringere vt obligationem pro parte quodammodo alienam in se recipiant? Cui vt iuris color quodammodo accederet, et maritus in re propria auctor non appareret, certe curatoris vxori in iudicio adiuncti consensus in hypotheca fundo inscribenda arg. *Decis. XXII.* in fin. necessarius esset.

His igitur rationibus permoti, quum anno circiter abhinc lis eiusmodi ad Curiam Suprem. Lipsiens. deuolueretur, aes alienum a defuncta contractum, pro rata pretii, quod viduo et liberis obuenerit, nulla inter debita admissa distinctione, soluendum esse iudicauimus. Hoc vnum addo, in primis probabilem dubitandi rationem in debitis defuncti cambialibus prodire, cuiusmodi foemina mercatrix contrahere non impeditur. Quae videlicet eum ad effectum contrahuntur, vt in securitatem creditoris ipse debitor, non eius bona obligentur. Haec igitur, quoniam sola bona mobilia personae ossibus inhaerere dicuntur, sat speciose dixeris in viduum, non in legitimos defunctae vxoris haeredes, quibus videlicet sola immobilia bona cedunt, transire. Verum enimvero quoniam scimus, executionem in personam mortuo debitore cambiali euanescere, et executiuum processum tum

in cambialis locum succedere, ac vtrumque successorem, mobilium pariter, atque immobilium bonorum capacem, haeredem existimari, a cuius intellectu successio in obligationes personales diuelli non potest, consequitur, diuersam cambialium debitorum a reliquis conditionem non esse, vt potius, quam praemisi, regula, vtrumque haeredem mobilium et immobilium bonorum, pro rata portionis haereditariae ipsi adiectae, eademque ex vero pretio aestimanda obligari, ad omnis generis debita defuncti absque vlla exceptione necessario pertinere debeat.

RESPONS.

## RESPONS. XXXII.

*Venditio filio facta protimis in semper excludit.*

Quaquam, quod circumfertur, strictissimam in contractibus et omnis generis conventionibus obtinere interpretationem PHIL. MATTHAEI in *Commentar. ad l. XII. d. R. I.* verissimum est, siquidem duorum pluriumve mutuo consensu dum perficiuntur, adeoque alterius iura impediunt, quominus fauore alterius supplere quicquam vel excipere valeamus; Vt potius quoniam vterque de se queri debet, quod clarius loqui intermisserit, verbis plerumque strictim inhaerere debeamus: Tamen, quod in aliis plerisque contingit, haec etiam regula patitur exceptiones. Cuiusmodi in protimisi conventionali plures obveniunt. Omnes hoc loco persequi non licet. Vnam tamen adducam. Videlicet protimis absolute promissam non deberi, si quis rem ei obstrictam filio sit venditurus. Quod omnino rationem habet. Quoniam enim filius ad successionem lege vocatur, venditio ei facta praesumtae successionis, non alienationis iure censetur, adeoque extraneus easdem condiciones offerens non admittitur, quippe cuius interesse non potest, citius habere filium, quod, intermissa venditione, paulo serius habiturus fuisset. Accedit, propter suppetias filiis ferendas viliori iis pretio vendi solere, quo iure, quod per se claret, extraneus non vitur.

His rationibus permoti, protimis offerenti concedendum non esse, eius rei causa consulti, mensē Septembri anni praeteriti Weigelio cuidam Mariaemontani degenti respondimus.

Haec

Haec meditando nobis opportunitatem praebuit Matrona quondam Illustrissima IOANNA HENRICA LVDOVICA COMITISSA de BESTVCHER-RVMIN e nobili gente de CARLOWITZ, quae academiam nostram insigni stipe donauit, vt fructus eius partim academiae Senior, quam equidem hoc tempore personam gero, adeoque hoc gratus profiteor, et iuuenes, nobiles inprimis e gente Haugwitia et Carlowitia iurisprudentiae operam dantes, nec non artificii alicuius studiosi caperent. Cuius munificentiae quum in hac literarum vniuersitate memoria intermori nunquam debeat, beneficii huius particeps eam recolet Vir Generosissimus

GEORGIVS HENRICVS DE CARLOWITZ

praeuia oratione, qua euicturus est, *curiosam patriae constitutionis notionem amorem eius augere, fluctusque et conuersiones ciuiles auertere.*

Hanc igitur Academicam Panegyrim vt RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, SERENISSIMVS PRINCEPS, PROCERES VIRIVSQUE REIPUBLICAE SPECTATISSIMI, COMITES ILLUSTRISSIMI, Generosissimi tantem Generosique commilitones illustrare praesentes et condecorare frequentes velint, omnes ac singulos obseruantissime cupimus rogatos. Scribebam Lipsi. Domini. XIX. post Fest. SS. Trinit. A. C. MDCCXCIII.

EX OFFICINA SAALBACHIA.



Leipzig, Diss.; 1793

ULB Halle  
004 350 43X

3





f

TA-20L

nur Stk. 6. bisher vernüft

WZP





1793, 1.

MEMORIAM ANNIVERSARIAM  
QVONDAM ILLVSTRISSIMAE  
IOANNAE HENRICAE LVDOVICAE  
COMITISSAE  
DE BESTVCHEF - RVMIN  
E GENTE NOBILI DE CARLOWITZ  
ORIVNDAE  
D. X. OCTOBR. A. C. MDCCXCIII  
HORA IX.  
IN AVDITORIO IVRISCONSVLTORVM  
SOLEMNORATIONE  
CELEBRANDAM  
INDICVNT  
QVATVOR FACVLTTATVM  
DECANI  
SENIORES ET RELIQVI ASSESSORES

---

INSVNT  
*Responfor. Iur. XXX. XXXI et XXXII.*